



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XXIII Hic iteru[m] (inquit) urgebimus & insultabimus papistis, ut proferant etiam pro sui sacerdotij sacrificio, unum iota aut apicem e scripturis. Agite uos inclyti sacerdotes Baal, inuocate deum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**

## CONGRESSVS TERTIVS

Et hoc pro sacrificio laudis, quod singulorum est

“ Sextū iterū ex Dauid. Dirupisti uincula mea tibi sacrificia  
 “ bo hostiam laudis.

Et pro sacrificij genere superius ex eodē propheta testimo-  
 niū attulit. His testimonijs putat Lutherus se fortiter impeti-  
 isse. Sed uides lector q̄ incruentus sit is impetus. Nihilo certe  
 maiorē intulit plagā, q̄ telū ab infantulo missum. Et tñ ouati-  
 onē facit, perinde ac si cunctos, hoc fudisset impetu.

XXIII

“ ¶ Hic iterū (inquit) urgebimus & insultabimus papistis, ut  
 “ proferant etiam pro sui sacerdotij sacrificio, unum iota aut a-  
 “ picem e scripturis. Agite uos inclyti sacerdotes Baal, inuoca-  
 “ te deum uestrum.

Pape quantā audio blasphemiam? Quisquis dei sacerdotes,  
 sacerdotes Baal uocat, haud dubie Baal deum facit.

Lutheri blas-  
 phemia.

Quū igit congressu superiori palā ostendimus, tū ex uere-  
 ri, tū ex nouo testamento, ap̄los & eorū successores dei sacer-  
 dotes esse, manifeste blasphemus esse Lutherus cōuincit, qui  
 sacerdotes Baal illos adeo contumeliose uocat.

“ ¶ Et pergit tamen adhuc Lutherus etiā illudere deo. Inuo-  
 “ cate (inquit) deū uestrū. Forte est in itinere aut certe dormit.  
 “ Deus est em̄ & audiet. Dicite ubi scriptū sit missas esse sacrifi-  
 “ cia: ubi docuit Chr̄s panē & uinū cōsecratū offerre deo.

Sacerdotes  
 sunt p̄sbyteri.

De missis q̄ sint sacrificia pluribus egimus, respondendo  
 Lutheri cauillis aduersus illustrissimū regē, ex quib⁹ (opinor)  
 dilucidū est missas esse sacrificia. Cæterū ubi Christus panem  
 & uinū consecratū obtulerit deo, secundo congressu satis ab-  
 unde monstrauius, ut nihil habeat Lutherus quod illis og-  
 ganniat. Et quanq̄ apostoli sub hoc nomine mentionē sacer-  
 dotū nusq̄ faciant, cuius rei rationē nos ante reddidimus, ta-  
 men sub alijs nominibus sæpenumero meminerunt. Nā eos  
 haud dubie. I. Petri. 5. presbyteros uocat, quos & in hunc mo-  
 dū alloquit̄ dicens. Pascite quantū in uobis est gregē Chr̄i cui-  
 rā illi⁹ agētes. Quæ uerba nullus æquus iudex ad singulos di-  
 ci christianos intelliget, quū inter pastores & gregē apertum  
 statuunt omnes discrimen.

Hos etiā Paulus, ecclesiæ præsidēs uocat ad Hebr. ultimo.



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. ○ XXXV

populū alloquens. Parete his qui præsunt uobis, & cōcedite. Si quidē illi uigilant pro animabus uestris tanq̄ rationē reddi tūri. Et hic manifeste Paulus discriminat illos a plæbe, conte

Sacerdotes  
dicūt p̄sides

stans eos rationem reddituros pro animabus plæbis. Huiusmodi presbyteros Paulus Tito mandat, ut oppida

Sacerdotes a  
plebescerent

Tit. I.  
I. Tim. 5

tim constituat. Et apud Timotheū affirmat duplici honore dignos esse, modo bene præsuerint. Hos & idē Paulus, de cooperarios uocat, hoc est coædifi

catores & agricolas. Plæbē uero ipsam ædificationē, & agricola tionē appellat. Sic em̄ de se & sui similibus dicit. Dei coo

I. Cor. 5.

perarij sumus. At quod ad plæbē attinet, subdit. Dei ædifica tio dei agricolatio estis. Nā illoꝝ officiū est ædificare & agri

2. Cor. x.

colare plæbē. Habent em̄ potestātē (ut alibi testat Paulus) in ædificationē non in destructionē. Et sunt agricolæ quibus iā

Mat. 21.

dñs uineā suā locauit, de quibus apud Matthæū dicitur. Et uineā suā locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructū temporibꝫ suis. Nec est cuiq̄ ambiguū, quin olim sacerdotes ueteris le

I. Tim. 4.

gis erant agricolæ uineæ dominicæ. Quāobrē & agricolæ quibus iā locatur eadē uinea, quid aliud erunt q̄ nouæ legis sacer

Act. 13

dotes? Isti procul dubio quū ordinabant manuū impositione gratiā acceperunt, sicut olim in ordinatione sua Timotheus accepit, & sicut illi, qui per Paulū & Barnabā precantes, & ieiunantes, impositis manibus ordinabant. Nā ad cunctos eius

Act. 20.

modispectant Pauli uerba, quū Ephesinos presbyteros in unū conuenerat. Attendite (inquit) uobis & cuncto gregi, in quo uos spūs sanctus posuit epōs ad regendū ecclesiā dei quā acquisiuit sanguine suo. Ecce presbyteroꝝ horū ordinatio, spiritui sancto, non hominibus ascribit, quando quidē ait spiritū sanctū illos posuisse ad regendū ecclesiā dei. In quibus uerbis & luculenta sacerdotū ac plæbis innotescit differentia.

Ignosce mihi lector, q̄ toties hæc inculcem, quū huc adgit me gloriosa Lutheri iactantia, nimirū ut his toties recensitis, & inculcatis contundā, si fieri potest impudentissimā ipsius arrogantia, qui tā perfricta fronte nihil discriminis inter plæbē & sacerdotes esse contendit, quū facta sit tamen ubiqꝫ plusq̄ apertissima discriminatio. Quis em̄ usqꝫ adeo stupidus.

XXIII